siquidem fecerit fructum. sin autem in futurum succides
eam. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis.
& ecce mulier quae habebat spm infirmitatis annis
decem & octo. & erat inclinata nec omnino poterat
sursum respicere. Quam cum uideret ihs uocauit ad se
& ait illi. mulier dimissa es ab infirmitate tua. & im
posuit illi manus. & confestim erecta est. & glorificabat dm
Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato
curasset ihs. dicebat turbae. sex dies sunt in quibus oportet
operari. in his ergo uenite & curamini. & non in die sabbati.
Respondit autem ad illum dns. & dixit hypocritae. unus
quisque urm sabbato non soluit bouem suum aut asinum a prae
sepio & ducit adaquare. hanc autem filiam abrahae quam
alligauit satanas ecce decem & octo annis non oportuit solui
a uinculo isto die sabbati. Et cum haec diceret erubescebant
omnes aduersarii eius. & omnis populus gaudebat in uniuersis
quae gloriose fiebant ab eo. Dicebat ergo cui simile est regnum
di. & cui simile aestimabo illud. simile est grano sinapis
quod acceptum homo misit in hortum suum. & creuit &
factum est in arborem magnam. & uolucres caeli requieuerunt
in ramis eius. Et iterum dixit. cui simile aestimabo regnum
di. simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in
farinae sata tria. donec fermentaretur totum.
Et ibat per ciuitates & castella docens. & iter faciens in hierusalem.
Ait autem illi quidam. dne si pauci sunt qui saluantur.
ipse autem dixit ad illos. contendite intrare per angustam
portam. quia multi dico uobis quaerent intrare & non poterunt.
Cum autem intrauerit pater familias & clauserit ostium
& incipietis foris stare & pulsare ostium dicentes dne
aperi nob. Et respondens dicet uob. nescio uos unde sitis.